

[2162]

Gerhard thom Camph an Konrad Pellikan oder Bullinger  
mit Vermerk  
Konrad Pellikans an Bullinger

Baden, 15. Mai 1545 / [Zürich, kurz nach 15. Mai 1545]

Autograph<sup>a</sup>: Zürich ZB, Ms F 47, 115 (Siegelspur)

Ungedruckt

*Da thom Camph ein Bote [Hans Rudolf Lavater] zur Verfügung steht, nutzt er die Gelegenheit, von sich Nachricht zu geben. In [Baden] halten sich u.a. Zürcher und Schwaben auf, darunter Lutheraner, Zwinglianer und Papisten. Die ihm freundlich gesinnten Konstanzer [...] sind schon abgereist. Daraufhin kam ein Landvogt aus Uri [Martin Im Hof oder Jakob a Pro?], den er unterdessen auch vermisst. Dieser und thom Camph versuchten vergebens, sich gegenseitig zu bekehren. Jeder war dabei bestrebt, dem anderen Gutes zu tun. – Oft unterhält er sich mit den Badenden über die Heilige Schrift. An Christi Himmelfahrt [14. Mai] wurde über die Sünde gesprochen und über Paulus' Aussage, dass weder Ehebrecher noch Trinker oder Geizige das Reich Gottes erben würden. Ein Lutheraner [...] aus Kempten bemerkte, dass die falsch Lehrenden ebenfalls verloren wären, was thom Camph bekräftigte, nur um bald darauf feststellen zu müssen, dass er damit gemeint war. Thom Camph erwiederte, dass er sich nur mit denjenigen unterhalte, die gern über das Wort Gottes sprechen, und dass er dabei nur das Gute für seinen Nächsten suche. Der eifersüchtige Lutheraner versicherte aber, lieber ein Ehebrecher und Hurer als ein Zwinglianer sein zu wollen, während thom Camph antwortete, weder ein Lutheraner noch ein Zwinglianer, sondern ein Christ zu sein. – Auch einen gelehrten Prediger und Pfarrer aus Freiburg [i. Br.] [Christoph Wertwein] und einen jungen Zisterzienserprior aus Bayern [den Prämonstratenser Joachim Widman] hat er dazu bewegen können, Zürich am Samstag [16. Mai] zu besuchen. Die Zürcher mögen sich beider besonders annehmen, zumal beide dem Reiche Gottes nicht fern stehen und die Rechtfertigung durch den Glauben bekunden. Durch beide könnte Christus viele bereichern. – Thom Camph badet täglich sieben bis acht Stunden. – Da Pellikan vielleicht abwesend ist, adressiert er den Brief ebenfalls an Bullinger. Grüsse an Gattin [Elisabeth, geb. Kalb] und Sohn [Samuel]. Möge Pellikan dem erkälteten thom Camph die Fehler seines Briefes verzeihen. Er musste ganz früh*

<sup>a</sup> Mit Randbemerkungen und Unterstreichungen von Johann Heinrich Hottinger.

*morgens schreiben und sich beeilen, um den Brief dem Bürgermeister [Lavater] mitgeben zu können. – [Konrad] Gessner soll mitteilen, ob das Thermalwasser auch getrunken werden soll. – [P.S.:] Vielleicht hat Pellikan nicht erfahren, dass Bullinger thom Camph eine silberne Münze des [Kaisers] Trajan zukommen ließ. – [Unter der Adresse und von Pellikans Hand:] Bullinger soll doch zusehen, wie diese eifrige Biene des Herrn sogar den Honig aus den in dem abscheulichen Felde Thophet wachsenden Blumen sammelt!*

Salutem, quae est in domino Iesu,<sup>1</sup> vobis omnibus ut fratribus germanis opto ac precor a deo patre nostro omnis misericordiae ac consolationis<sup>2</sup> et filio eius unico, domino ac fratre nostro.

Non possum, mi pater,<sup>3</sup> ut ut etiam res meae habent, quin tibi et per te omnibus vobis (cum nuncii<sup>4</sup> detur facultas) conditionem mearum rerum prescribam. Scias ergo me cum variis hominum generibus eisdem uti thermis, cum Tigurinis, Suevis, etc., et – quid hos nomino? – cum Lutheranis, Swinglianis et papistis, monachis et prepositis, ut vocant, et iam, qui omnium optimi amici erant<sup>b</sup>, Constancienses<sup>5</sup> discessisse, et loco illorum praesulatum ex Uri<sup>6</sup> recepisse, quem quoque non inexpertem omisimus. Agnoscō bonum et doctum virum esse, sed in scripturis non admodum peritum, quantum ad iudicium spiritus attinet, attamen cui non omnia papistica placeant. Ille me bono animo secum et rursum ego ipsum mecum eodem animo agere cognovi. Tandem dolens dixit se nunquam cum quoquam<sup>c</sup> Lutheranorum egisse, quem convertere potuerit, non ergo mirari, si nihil apud me efficiat. Summa ille mihi bonam, ego contra eandem illi dari optavimus. Tantum de illo.

Porro, cum saepius colloquor cum lavantibus de verbo domini et ipso die assensionis Christi<sup>7</sup> quaedam de assensione domini locutus essem devenissemusque tandem, ut colloqueremur de peccatis sanctorum et contra conscientiam hancque Pauli sententiam in medium adduxissem, neque scortatores neque adulteri neque ebriosi et avari, etc., regni dei heredes erunt,<sup>8</sup>

<sup>b</sup> erant *über der Zeile nachgetragen*.

<sup>c</sup> quoquam *und rum in lutheranorum über der Zeile nachgetragen*.

<sup>1</sup> Vgl. 2Tim 2, 10.

<sup>2</sup> 2Kor 1, 3.

<sup>3</sup> Während seines Zürcher Aufenthalts hatte der junge thom Camph bei Pellikan gewohnt; s. *Pellikan*, Chronikon 167; und unten Z. 88.

<sup>4</sup> Siehe unten Anm. 32.

<sup>5</sup> Unbekannte.

<sup>6</sup> Zu den Namen der hier in Betracht kommenden Landvögte aus Uri s. EA IV/1d 1101. Möglicherweise handelt es sich um Jakob a Pro oder um Martin Im Hof (oder Imhof). – Ratsherr Jakob a Pro von Uri vertrat Uri seit 1533 wiederholt und min-

destens bis 1559 an Tagsitzungen. Zwischen 1541 und 1543 war er Landvogt von Baden, wird aber im Oktober 1546 weiterhin als „Vogt“ bezeichnet; s. EA IV/1c 1; IV/1d 3. 695. 1095. 1101; IV/2 105; LL XIV 670; HBLS V 490. – Ratsherr Martin Im Hof von Altdorf (Kt. Uri) vertrat Uri öfter zwischen 1545 und 1555 (u.a. im Februar 1545) in Baden. Zwischen 1541 und 1544 war er Landvogt im Rheintal, wird aber im Juni 1545 und Oktober 1546 weiterhin als „Vogt“ bezeichnet. EA IV/1d belegt seinen Einsatz in Religionssachen. Er starb 1556; s. EA IV/1d 454. 497. 695. 1095. 1101; IV/1e 1413; HBLS IV 339.

<sup>7</sup> Am 14. Mai 1545.

<sup>8</sup> 1Kor 6, 9f.

tum quidam Campidonensis<sup>9</sup>, addictissimus Luthero, respondit neque hos solum, sed in primis, qui falsa docerent et homines seducerent.<sup>10</sup> Me autem annuente subiecit, an non putarem id in me competere, eo quod concionatorem agerem et homines seducerem. Ego vero nec concionatorem me esse nec homines seducere respondi. Ille contra inquit: Cur quotidie in balneis concionaris? Tum dixi me cum nullo de verbo domini loqui, quam qui expeteret, et unicuique mandatum esse de proximo suo<sup>11</sup> meque credere, 25 ideo loqui.<sup>12</sup> Summa agnovi inique illum<sup>d</sup> ferre se non posse apud lavantes obtinere, quod cuperet, nempe cum nemo esset, qui sibi disputanti occurreret, ut inferior veritas videri, aliosque hoc modo in suam sententiam attrahere posset.<sup>13</sup> Et video me oportune a domino missum, eo quod nemo ex Tigurinis<sup>14</sup> adsit<sup>e</sup>, qui aut causam veritatis, ut<sup>f</sup> video, aperte defendere velit aut possit. Disputatio autem ita conclusa est me sane repugnante nec assidente se malle adulterum et scortatorem esse<sup>15</sup> quam meae fidei, hoc est Swinglianum. Respondi me nec Swinglianum nec Lutheranum, sed christianum esse et me Christo in hac re fidere.<sup>16</sup> Roges, quaeso, dominum, ut horum misererri non dedignetur, sed meliorem mentem det et nos in veritate sua confirmet,<sup>17</sup> ne horum hominum perverso zelo<sup>18</sup> a via veritatis declinemus, largiaturque nobis suum spiritum, quo ita loquamur verbum domini, ut oportet loqui, et in conspectu omnium hominum,<sup>19</sup> et hanc gratiam addat, ne propter nos sermo dei ac veritatis male audiat, nosque liberet ex omni errore. 30 35 Amen.

Reliquos duos, Friburgensem<sup>20</sup> ac monachum priorem<sup>21</sup>, eo perduxii, ut 45 nihil de nugis suis dicant et vos visendi ac<sup>g</sup> vobiscum colloquendi gratia

<sup>d</sup> illum über der Zeile nachgetragen.

<sup>e</sup> adsit über gestrichenem ausit.

<sup>f</sup> ut video, aperte über der Zeile nachgetragen.

<sup>9</sup> Ein Unbekannter aus Kempten.

<sup>10</sup> Vgl. Mt 24, 11; Röm 16, 17f; 2Thess 2, 3; 1Tim 6, 3–11.

<sup>11</sup> Vgl. Ez 3, 18–21; 33, 7–9; Sach 8, 16; Eph 4, 25.

<sup>12</sup> 2Kor 4, 13.

<sup>13</sup> Zu verstehen: cum nemo esset, qui sibi occurreret, ut veritas sua inferior videri posset, et cum nemo esset, qui sibi occurreret, ut alios in suam sententiam attrahere posset.

<sup>14</sup> Vgl. oben Z. 7 und unten Z. 75.

<sup>15</sup> Vgl. Mt 21, 31.

<sup>16</sup> Vgl. Phil 3, 3.

<sup>17</sup> 2Petr 1, 12.

<sup>18</sup> Vgl. Röm 10, 2; Gal 1, 14; 4, 17; Phil 3, 6.

<sup>19</sup> Vgl. Mt 28, 19 par.; Lk 21, 15; Joh 15, 27; Apg 17, 30.

<sup>20</sup> Christoph Wertwein (Wertwin), damals Prediger und Pfarrer in Freiburg i. Br.; s. unten Z. 62–64 und Anm. 22. – Wertwein ist um 1512 in Neuenbürg (Lkr. Enzkreis; Baden-Württemberg) bei Pforzheim geboren. Sein Studium der Artes absolvierte er in Tübingen (1530–1536), sein Theologiestudium in Freiburg i. Br. (1536–1544). Ein angeblich in Padua erfolgtes Doktorat in Theologie ist nicht belegt, weder in den Acta graduum academicorum ab anno 1538 ad annum 1550, hg. v. Elda Martellozzo Forin, Padua 1981, noch in den Acta graduum academicorum Gymnasii PataVINI ab anno 1551 ad annum 1565, hg. v. Elisabetta Dalla Francesca Hellmann, Padua 2001 – Fonti per la storia dell’Università di Padova 7. 16. In Innsbruck wirkte er fünf Jahre (ab 1546?) als

accedere cupiant, die sabbati proxima<sup>22</sup> credo. Hos velim a vobis omnibus pro vestra humanitate non solum convivio excipi, sed etiam pro vestra pietate horum animas opiparis<sup>h</sup> ferculis verbi divini pasci ac saturari; opus enim 50 habent pro se et aliis. Nam etsi non procul absint a regno dei<sup>23</sup> neque omnia antichristi probent, ac in summo articulo fidei de iustificatione nobiscum sentiant, tamen nescio aut superstitione aut commodi gratia – quod inde<sup>24</sup> non parvum credo habent – missas defendunt et nostrae sententiae verae de sacramentis adversantur et in doctrina nos non minora quam papistas errata 55 habere putant. Hos velim vestra authoritate, doctrina<sup>i</sup> ac pietate eo perducetis, ut vel abnegata impietate veritati prorsus accederent vel non repugnare viderentur. Alios Friburgensis<sup>k</sup> non novit praeter te, cuius commentaria<sup>25</sup> diligenter legit. Monachus, quoniam iuvenis est et ex Bavaria, nihil de vobis audivit nisi pessimos haereticos esse. Hos, inquam, eo perducatis, ut

<sup>g</sup> ac vobiscum colloquendi *über der Zeile nachgetragen*.

<sup>h</sup> *In der Vorlage* oppiparis.

<sup>i</sup> doctrina ac pietate *über der Zeile nachgetragen*.

<sup>k</sup> Friburgensis *am Rande nachgetragen*.

Erzieher der Kinder König Ferdinands. Er soll auch Beichtvater Ferdinands gewesen sein. 1550 wurde er Administrator der Diözese Wiener Neustadt und Hofprediger, und am 13. Februar 1552 Bischof der Diözese Wien. Er starb am 20. Mai 1553 an den Folgen eines Sturzes vom Pferd. 1552 hatte Wertwein öffentlich erklärt, „er wolle nicht länger auf das Konzil warten. Kaiser und König wären verpflichtet, die Artikel ‚sacramenti utriusque speciei und coniugii sacerdotum‘ zuzulassen und zu halten“ (Moritz von Sachsen PK VI 220). 1553 ist von ihm eine angeblich papstfeindliche Predigt bezeugt (MBW-Reg VII, Nr. 6847). – Lit.: Tübingen, Matrikel I 268, Nr. 4; Die Matrikel der Magister und Bakkalare der Artistenfakultät (1477–1535), hg. v. Miriam Eberlein und Stefan Lang, Ostfildern 2006, S. 288, Nr. 2418; Freiburg, Matrikel I/1 LVI. 304f, Nr. 56 und Anm.; Cölestin *Wolfsgruber*, Die K.U.K. Hofburgkapelle und die K.U.K. geistliche Hofkapelle, Wien 1905, S. 63. 66. 605; Konrad *Eubel*, *Hierarchia catholica medii et recentioris aevi*, Bd. 3, Münster 1923, S. 169. 333, Anm. 9.

<sup>21</sup> Joachim Widman, damals ein junger bayrischer Prämonstratenser (nicht Zisterzienser), Prior (Vertreter des Abtes) im Kloster Steingaden (Bayern, Diözese Augsburg); s. unten Z. 58f. 64, und Anm. 22. – Widman, gest. 9. November 1580, stammte aus Schongau (Lkr. Weilheim-Schongau; Bayern) und blieb auch nach seinem Besuch in Zürich weiterhin in seinem Kloster, dessen 28. Abt er 1553 wurde. – Lit.: Georg *Lienhard*, *Spiritus literarius Norbertinus*, Augsburg 1771, S. 522f; Corbinian *Khamm*, *Hierarchia Augustana chronologica*, Bd. 3, Augsburg 1715, S. 477.

<sup>22</sup> Der 16. Mai 1545. – Am 18. Mai benachrichtigte Pellikan thom Camph, dass die angekündigten Besucher nicht gekommen waren (Zürich ZB, Ms F 47, 255; CO XII 81f, Nr. 644). Sie trafen jedoch am Mittwoch, 20. Mai, in Zürich ein: „Maii 20. die hospites habuimus: Ex Friburgo magistrum Christoferum Wertwin Pforzensem et praepositorum Joachimum Salicetum in Steingadianum [irrtümlich als „Stein Gardianum“ transkribiert] prope Fiesen [= Füssen (Lkr. Ostallgäu; Bayern)]“; s. *Pellikan*, *Chronikon* 171; und oben Anm. 20 und 21.

<sup>23</sup> Mk 12, 34.

<sup>24</sup> Von der Abhaltung von Messen.

<sup>25</sup> Bullingers Bibelcommentare; s. oben Nr. 2070, Anm. 4.

se et alios errasse agnoscant vosque pro fratribus habeant; quod vos gratia 60  
dei, si studueritis, posse non diffido. ||<sup>115v</sup> Quantum autem fructum hinc deo  
ac ecclesiae facietis, hinc facile apparebit, quod Friburgensis pastor sit Fri-  
burgi, nescio in quo templo, deinde publicus lector, doctus et magnae au-  
thoritatis, monachus vero prior in monasterio quodam Cistercien[sium]<sup>l</sup>. Hii  
domum reversi multos Christo lucrifacere possent. Christi ergo et ecclesiae 65  
no[mine] facite, ut vestra humanitas, pietas ac eruditio erga hos abundet.  
Sed quid opus equo currenti addere calcaria?<sup>26</sup>

Quod ad me attinet, valeo atque lavo strenue sing[ulis] diebus per 7 vel 8  
horas.<sup>27</sup> Dominus det, ut et corpus et anima melius habeat e[t me] conservet  
ab omni malo<sup>28</sup>. Amen. 70

Quoniam te iam in itinere esse sensi, has lite[ras te] absente meo Bullin-  
gero, semper observando fratri ac amico, inscripsi.<sup>29</sup> Valebitis, tu cum uxo-  
re<sup>30</sup>, filio<sup>31</sup> et tota denique familia, quos velim meo nomine dilig[entissime]  
salutes una cum paeceptoribus semper observandis. Valebitis iterum atque  
[iterum] in domino. Haec summo mane consule<sup>32</sup> iter urgente et me ex 75  
pectore lab[orante] congesci; quare erratis ignosce<sup>m</sup>, pater.

An aquam Thermarum bibam, rursum<sup>n</sup> Gesn[erum] consulas, velim, et  
quid praeterea mihi faciundum sentiat.

Tertio va[le in] Christo domino.

Ex Thermis Badensium Helveticis<sup>o</sup> postridie assentionis domini 1545. 80  
Gerardus zum Camp[h, tuus]  
filius semper obsequen[tissimus].

D. Henrichum Bullingerum mihi munus gratissimum, num[mum] argenteum  
divi<sup>p</sup> Traiani, misisse,<sup>33</sup> non opus est, ut scribam; tamen, cum dubitem, [an]  
te lateat, omittere non potui. 85

[Adresse darunter:] Singulari eruditione et pietate d. Conrado Pellicano,  
sacrae linguae professori Tigurinae ecclesiae doctissimo ac fidelissimo, suo  
patri ac hospiti semper observando<sup>q</sup>.

Si absens sit<sup>r</sup>, tradantur Henrico Bullinger, meo amico ac fratri semper  
charissimo observandissimoque. 90

<sup>l</sup> Hier und unten Textverlust durch Papier-  
verlust am rechten Rand des Blattes.

<sup>m</sup> In der Vorlage ignoce.

<sup>n</sup> rursum über der Zeile nachgetragen.

<sup>o</sup> Helveticis ist eine der vielen möglichen  
Auflösungen der Abkürzung Helveti.

<sup>p</sup> In der Vorlage lediglich d.

<sup>q</sup> In der Vorlage obserando.

<sup>r</sup> In der Vorlage si.

<sup>26</sup> Walther II/1, Nr. 26; II/7, Nr. 566b. – Vgl.  
auch Adagia, 1, 2, 47 (ASD II/1 364, Nr.  
147).

<sup>27</sup> In seiner Antwort vom 18. Mai (s. oben  
Anm. 22) empfahl Pellikan, nicht länger  
als sechs Stunden am Tag zu baden.

<sup>28</sup> Ps 121 (Vulg. 120), 7.

<sup>29</sup> Pellikan empfing den Brief selbst (s. unten  
Z. 91–95) und beantwortete ihn am 18.  
Mai (s. oben Anm. 22).

<sup>30</sup> Elisabeth, geb. Kalb.

<sup>31</sup> Samuel Pellikan.

<sup>32</sup> Hans Rudolf Lavater.

<sup>33</sup> Siehe oben Nr. 2152, Anm. 2.

[Darunter von Pellikans Hand:] Oro, mi compater Bullingere, lege hanc quoque epistolam et vide argumentosam apiculam mella congerentem divinę sedulitatis ex sordidis quoque flosculis in prato thopheth<sup>34</sup> et nuspiam non servientem Christo, quem amat et cupit ab omnibus coli. Aliquando hanc 95 reddes epistolam.<sup>35</sup>

<sup>34</sup> Jer 7, 31: ein Ort, an dem Götzenopfer dargebracht wurden – hier eine Anspielung auf das Messopfer.

einer Blume bestand, „cui insident apicula et araneum“.

<sup>35</sup> Aus dem vom 23. Juni 1545 datierten Brief Konrad Pellikans an seinen Sohn Samuel (Zürich ZB, Ms F 47, 119) geht hervor, dass das Wappen thom Camphs aus